



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 50. Aquitannia a Ludovico XI. fratri ejus loco Campaniæ oblata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66459)

Sæcul. XV. Ariminensem urbem cingebant, aggredi-
 A.C 1468. tur, easque ad solvendam obsidionem
 compellit. Nec tamen Pontificis exer-
 citum tanta affecerat clade, quominus
 facili negotio urbis obsidionem redinte-
 grare potuisset, si Venetorum Bellidux
 cum suppetiis aliquantulum citius accur-
 risset; qui tamen in hoc potius Reipu-
 blicæ iustis obtemperare, quam Lauren-
 tii Spoletani Episcopi, penes quem Pon-
 tificii exercitus imperium erat, fortitudi-
 ni, suorumque obfirmato vincendi animo
 respondere voluit.

§. L.

*Aquitannia a Ludovico XI. fratri
 ejus, Campaniæ loco,
 oblata.*

*Comin. 1. 2.
 cap. 15.*

Propius nihil erat, quam ut novæ etiam
 Pontifici nascerentur inimiciæ cum
 Galliarum Rege, eoquod Cardinalem
 Balvem carceri tradidisset. Ludovicus
 enim Leodio redux, accerrimum se Pe-
 ronnensis Concordiæ vindicem simula-
 bat; semper tamen impatienti ferebat a-
 nimo arctiorem Caroli Bituricensis fra-
 tris sui amicitiam cum Burgundiæ Du-
 ce; quare ambos ab invicem divellere
 unice intentus erat, hancque ob rem fra-
 tri suo per quosdam ejus familiares au-
 ctor fuit, ut loco Campaniæ & Briæ,
 quas

quas Burgundiæ Dux a Rege extorserat, Sæcul. IV.
A. C. 1468.
Aquitanniæ Ducatum, & Rupellæ Præ-
fecturam acciperet; Equidem majus
inde Principi accrevisset emolumentum,
nihilominus Burgundiæ Dux huic per-
mutationi obstitens, Bituricensi exposuit,
quod si Campaniam Burgundiæ adeo
vicinam dimitteret, atque ad remotas A-
quitanniæ ditiones secederet, eo ipso nec
securitati, nec libertati suæ consulere-
t, & quod rei summa esset, emergente for-
san in eum Regis indignatione, quo tuto
se reciperet, haud amplius haberet. Hæc
Ducis consilia non modice firmabantur
adjectis quoque Cardinalis Balvis sug-
gestionibus, cui alio nomine satis molesta,
ac odiosa erat Regis cum Bituricensi
concordia.

§. LI.

*Diffidia inter utrumque Principem
a Cardinale Balve suscitata.*

Balves, quem Ludovicus XI. stratum at-
que abjectum ad prima Ecclesiæ re-
gnique subsellia sublevavit, opibus auxit,
ac primo ad Ebroicensem, tum ad An-
degavensem Ecclesiam, demum ad Cam-
pi Fisci, S. Engeriaci, & S. Theodorici
Abbatias promovit, & tandem obtenta
ex Regis favore purpura, suum quoque
publici status Administrum nominavit, is
tantus-